



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Quibus verbis se ipsum alloqui debeat ægrotus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Cap. XXXIV. Morborū decima sexta cauſſ. ut futura meditemur. 367
cus Deūs, tamen alios plus, alios minus ſui participes facit; nullum tamen non ſatiat.

Ad hanc mensuram perducit morbus: in quo, ſi aliud nulum eſt ſolatium, eſt ſolatium tamen iſta obtinendꝫ mēſuræ menditatio. Quid turbaris, ægrote, ſi in corpore tuo cruciatus ſunt multi? plura gaudia te expectant in cælo; plura tormenta euitabis in inferno. Quid tristaris, ægrote? magni ſunt in corpore tuo cruciatus? plures, atque incomparabiliter maiores tibi ſunt in cælo paratae voluptates. Quid quereris, ægrote? Ni misdiudurat morbus? Durabit infernus diutius; durabit diutius cæleſtis beatitudo. Et, ſi rem recte aſtimes, nulla duratio cadit in comparationem cum æternitate. Quid gemis, quid ploras, ægrote? eſt tibi male, ut ſit benè; cur mauis bene eſſe, ut ſit male? ægrotas, doles, ſudas, premeris. *Voluntas Dei in te compleetur.* Nunc tempus eſt, de quo dicitur: *Euntes ibant & flebant, Pſal. 125. 6.* admittentes ſemina ſua: aderit paulo pōſt tempus, de quo dicitur: *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* Nunc tempus flendi, tunc gaudiandi erit. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Nunc premimur, ſed non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriā. Momentum eſt, quod nunc eſt; quod futurum eſt, æternum eſt. Et tamen id, quod in praefenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtra ſu- z. Cor. 4. 17; pramodum in ſublimitate eternum gloria pondus operatur in nobis. Quisquis igitur ægrotas, illa tibi in pariete describi verba cura, quæ identidem legens, putet te à Domino tuo audire: *Ad pun- Ifa. 54. 7.* itum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia ſempiterna miſertus ſum tui.

Hoc fundamento nixus quidam ſenex diſcipulo ſuo dixit. VIII.
Si te occupauerit infirmitas corporis, noli puſillanimis fieri: quia ſi te Roſvyeid. 1. 5.
Dominus Deus vult corpore debilem fieri, quiſ eſt qui moleſtē ſuſcipiat? vit SS PP. libell. 7. c. 45.
Nonne ipſe pro te cogitat de omnibus? Numquid ſine ipſo viuio? Pa-
tienter ergo fer, & roga eum ut donet tibi quæ expedient, hoc eſt, ut
quod voluntas ipſius eſt facias, & ſede cum patientia manducans,
quod habes in charitate. Quod idcirco addit, quia etiā aliqui morbi dolores æquanimitter perferant, tamen aliunde tentantur, quia

VII.